



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Canisius Wisenhornium excolit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Diuiditur pro-  
vincia in duas.*

*Canisius VVi.  
senhornium  
excolit.*

auspiciis, maximeq; manu eius & opera eo iã vi-  
dens excreuisse prouincię molē, vt curã vel sui pa-  
rentis iã nimiũ fatigaret, simul vt Canisio, qui au-  
tor huius cõsilij fuit, tantoperè in animarũ studi-  
occupato laborum partem detraheret, ex vna ge-  
minam fecit: & alteram, quę Collegia continebat  
tria, Pragenſe in Boëmia, Tyrnauienſe in Hunga-  
ria, Viennenſe in Austria, vnde & ipſi Prouincia  
Austria nomen factum, Nicolao Lanoio deman-  
dauit: alteram Germaniæ superioris nomine In-  
golſtadianum Collegium, & Monachienſe, tum  
OEnipontanum, ac Dilinganum complexam  
Canisio reliquit. Qui rebus Dilingæ conſtitutus  
VViſenhornium excurrit dominorum rogatus  
(Georgij Fuggeri, & Vrsulæ oppidũ erat.) Et quo-  
niam longas eo loci moras alię curæ non dabant  
poſteaquam aliquot homiliis communiter op-  
pidanos excoluit, rem velut in compẽdium ma-  
ſurus per Vrsulam ipſum adduxit Parochum, &  
Auguſtam profectus ad normam ſe beati Ignati  
exerceret: quem Canisius ipſe, & Elderenus accu-  
ratione ea percoluerunt, tanquam in vno cum  
etum populum erudirent. Quanquam & alio  
Vrsula deinceps, ac porro alios ad eandem exerci-  
tatio

tationem Oppidi eius sacerdotes misit. Interim vulgari cœperat Augustæ pestilentia lues. Tempore vsus est Medicus sacer, vt ex formidatis corporum malis animorum sanaret morbos. Dedit inter cetera operam, vt ad pestem auertendam instaurarentur supplicationes publicæ, quæ Hæreticorum impietate obsoleuerant: habitæq; sunt modestia, ac pietate magna Catholicorum, fremerent licet impij, & quidam procaciter deriderent. Exhortantibus deinde amicis Canisium, vt tempestiuo secessu incolumitati suæ caueret, Ego, inquit, absque sinistro rumore, prauoque exemplo muneri meo deesse, cathedramq; deserere nullo pacto posse videor, præsertim cum sacri aduentus tempora instent. Sunt qui pro Ciuitatis frequētia, & morientium numero haud sæuum admodum putent malum: eoq; sibi non admodum caueant. Atqui, si minus illi contagionem metuunt, quia leuem opinantur: nos nihil metuimus, quia bonum habemus Dominum, qui nos conseruat, ac protegit in hac messe minimè negligēda. Perstitit igitur in statione, & opere; nec boni Domini clemētia constātem seruū fefellit.

*Instaurat Augustæ supplicationes publicas.*

*Constantia pestilentia tempore.*

Vbi primum noui anni exortus intermissionem

d nem